

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Laus Fortitudinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

compescere. Intercedere iniquitatibus magistratum, infectumque reddere quicquid fieri non oportuit. Postremo velocissimi lyderis instar, omnia inuisere, omnia audire, & vndeunque in uocatum statim velut numerus adesse; Taliæ esse crediderim, quæ ipse mundi parës temperat nutu, si quando oculos dimisit in terras, & facta mortalium: inter diuina opera numerare dignatus est, quibus nunc per te liber, solitusque celo tantum vacat, postquam te dedidit, qui erga hominum genus vice sua fungeres: fungeris enim, sufficisque mandatis, cum tibi dies omnis summa cum utilitate nostra, cum tua laude condonatur.

*Laus actionum, & laboris, in tuenda republ.*

*Latinus:  
Pacatus:  
in panegy-  
ri Con-  
stantini.*

**L**atinus Pacatus virum egregij distictum negotijs sic effert laudibus. Gaudent profecto diuina: perpetuo motu, & iugagitatione se vegetat aternitas, & quicquid homines vocamus labore, vestra natura est, ut indefessa vertigo celum rotat, ut maria æstibus inquietu sunt, & stare sol nescit, ita tu Imperator continuatis negotijs, & in se quodam orbe redeuntibus semper exercitus es.

*Laus Iustitiae:*

*Iust. facies:  
aurea:*

**M**Agna imprimis iustitiae veneratio, ne inimicitio βασιλού, αψίστηκε, monet Argentarius Anthol. l. 4. cuius faciem aetream, & aureos oculos fecit Pindarus, apud Athenæum lib. 12.

*Iustitia:  
encomiū:*

Hæc certè, ut ait Cyprianus, li. 1. 2. de abusionibus est pax populorum, tu tamen patriæ, immunitas plebis, monumentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas maris, terra fecunditas, sol latum pauperum, de cuius laude scripsit Libanius Oratione singulari, & præclaras habet Tull. lib. 2. Officiorum sect. 39. & 40.

Est autem virtus uniuersa tribuens, quæ in tres partes dividitur: Una naturalis est, quam ab ipsa natura accepimus; altera legitima, quæ est ex constitutione Principis, aut populi auctoritate sancta; tercia posita est in consuetudine, quæ ius concineret, sine lege propter antiquitatis obseruantiam visitatum.

*Iustitia:  
partes &  
laudatio:  
m. capita:*

Iustitia naturalis in sex quoque partes distribuitur: Prima est religio, iustitia erga Deum; & vis quedam menti insita, quæ Dei metu, & facrorum ceremonijs hominem regit.

Δικαιοσύνη τὸ καλλίστον οὐ τὴ πρὸς θεοὺς τιμήσια, inquit Porphyrius, lib. de abstinentia & carnis.

Secunda pietas, Iustitia, quæ Deo, patriæ, parentibus, amicis, affinibus, diligens cultus, ac debita redditus obseruantia, & charitas.

Tertia, gratia officiorum bonorum, amicitarum memoria, & remuneratio.

Quarta, vindicatio, quæ iustitia vim, aut contumeliam defendendo propulsat, aut in seclera animaduertit.

Quinta, obseruantia, & veneratio maiorum, ut sacerdotium, & senum.

Sexta, veritas, in dictis, simplicitas, & fides.

Partes iustitiae sunt, maximè eius, quæ in vindicando, & defendendo posita est, iustos & infantes tueri, iniustos, & noxios persequi: accusando, defendo, cognoscendo, inquirendo, damnando, supplicijs afficiendo: Acta, contractus, leges, decreta publica, pacta iusta sancire, & sancti defendere, iniusta rescindere, antiquare, abrogare, scenus iniustum tollere, res, & fortunas legitimis dominis reddere, numeros adulterios tollere, mensuras, & pondera æquare, iustum distributionem facere, dignis digna tribuere, fidem seruare patriæ, principi, magistratibus, popularibus, ciuiibus, ex terris, domesticis, hostibus, gratiam beneremis referre.

*Laus fortitudinis..*

**F**ortitudo muri est Semiramidis, quo vita aduersus tot impendentes malorum procellas munitur.

*Durus, ut illex tunsa bipennibus.  
Nigra feracis frondis in Algido,  
Per amara, per cades ab ipso  
Dicit opes, animumque ferro.*

Et hoc putat esse pati, quod καθάπερ φυτόν Πατι quidētis iukagyzans utrait Nazianzian tetralichis.

Est autem virtus, quæ res mortiferas, θνατὰ p. τικά mortemque ipsam contemnunt.

Fortitudinis quatuor sunt species, quarum splendor est maximus, magnanimitas, fiducia, patientia, perseverantia.

Magnanimitas est exaggerata animi quædam moderatio, quæ res magnas, & aggredimur, & administramus.

Fiducia est, per quam magnis, & honestis rebus.

Nnn. 3,

rebus animus multum in te latere praesidij,  
Deo semper auspice existimat.

Patientia est rerum aduersarum honestatis  
causa, perpetuo voluntaria, & diurna.

Perseuerantia est continuus vite tenor in  
rebus honestis, & magnis.

Partes igitur fortitudinis sunt, moderatio  
in utraque fortuna; aggressio rerum periculo-  
satium, ut hostium, latronum, ferarum, incen-  
tionum, &c. defensio urbium, armorum, ve-  
xillorum, &c. tolerantia animi molestiarum, do-  
lorum corporis, mediæ, sitis, morbi, laboris,  
algoris, vulnerum, verberum, tormentorum,  
igilium, paupertatis, ignominiae, naufragiorum, &c.

#### Laus Temperantie.

**F**rançois porro aureum temperantia, que  
vñφογτα ναῦν. Est enim rationis in libi-  
dinem, atque in aliis non rectos, animi impe-  
ratus, firma, ac moderata dominatio.

Temperantia partes tres sunt, continentia,  
clementia, & modestia.

Continentia est, qua ratione, & consilio  
continetur cupiditates.

Clementia, lenitas in puniendo.

Modestia est pudor honestus, & in honori-  
bus moderatio.

Huius igitur munus est, frenare cupidita-  
tes, maxime venerem, linguam, gulam, itam:  
frugalitatem, & sobrietatem exercere in cibo,  
potuque, abstinentiam à cupedibus, & opipari  
condimentis, alios præterea ad temperantiam  
incitare verbis, exemplo, legislatione, inter-  
dicto, frui temperantia commodis, flore, &  
integritate corporis, suauitate castimonie,  
declinare prauas consuetudines, libros ob-  
scenos, cantiones, imagines, spectacula im-  
pudica, integrum castimonie florem tueri,  
studio literarum, labore corporis, abstinentia-  
si, inedia, modesto vestitu, fuga, & late-  
bris.

Nonnulla assequitur est Latinus Pacatus,  
insignis orator, in Panegyrico Theodosii.

An quis ferret moleste, ad Principis senis  
modum coerceri? aut substratum doleret si-  
bi de priuata luxuria, cum videret Imperato-  
rem rerum potentem, terrarum, hominum-  
que dominum, parè, contenteque viuentem,  
modico, & castrensi cibo ieunia longa so-  
lantem? Ad hæc aulam omnem Spartanis  
gymnalijs duriorem, laboris, patientiæ, fra-

galitatis exemplis abundantem neminem in-  
uenit, qui auderet ad penum regium flagita-  
re, remotorum litorum piscem, peregrini aëris  
volucem, alieni temporis florem, & cæta  
planè egregia.

Tandem addit: Tu, Imperator, epulz-  
mensis communibus parientes locutum, ac  
temporum fructibus instruuerat. Hinc certa-  
tim in omnes luxurie pudor, parcimonie cul-  
tus inoleuit, & quietientibus legum sumptua-  
riarum minis, subit quandoque priuatum sui  
penitentia.

#### Laus Clementie.

**C**lementia Dei natura est, virtus vñæ ex Clem-  
omnibus maximè amabilis, in cuius cō: ia Dei  
mendationem extat præclara Themistij nau-  
oratio, de humanitate Theodosij Imperatoris,  
habita in Senatu.

Nonulla item attigit Chrysost. in orat.  
Flauiani, homil. 20. ad populum Antiochen-  
um.

Multa quoque, & præclara habet Claudio-  
nus in Panegyri Manilij Theodorici, iuxta  
vers. 210.

Sed quis artifex laudem clementie melius  
tyrones docebit quam M. Tullius orat. pro M.  
Marcell. n. 8.

Domuisti gentes immanitate barbaras,  
multitudine innumerabiles, locis infinitas, o-  
mai copiarum generis abundantes, sed tamen  
ea vicisti, quæ & naturam, & conditionem, ut  
vinci possent, habebant.

Nulla est enim tanta vis, tanta copia, quæ  
non ferro, ac viribus debilitari, frangere pos-  
sit. Verum animum vincere, iracundiam co-  
hibere, victoriam temperare, aduersarum  
nobilitate, ingenio, virtute præstantem, non  
modo extollere iacentem, sed etiam ampli-  
ficare eius pristinam dignitatem: hæc qui fa-  
cit, non ego cum summis virtutis comparo, sed  
simillimum Deo iudico.

Hanc eandem virtutem egregiè laudat A-  
ristides in panegyrico Marci Autelij Antonini  
vbi ait:

Ημερότητι, καὶ ἐπιειδα διενήνοχηρ ἀ-  
πάγτων βασιλέας. οὐτε μικρὸν ποια πα-  
τὴρ, μικρὸς δὲ οἰα ποιμὴν τῶν ἀλ-  
λαγῆ εἶπεν ἄνοι.

Laus